



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 174. Hollandi Venetis suppetias irrito Successu ferentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](#)

bosciam arcem, quam Veneti cinctam Sæc. XVII.
tenebant, obsidione liberavit, sed & A. C. 1617.
præsidiarios in fugam egit.

§. CLXXIV.

*Hollandi Venetis suppetias irrito suc-
cessu ferentes.*

Jam anni prioris Mense Julio Veneti *Neuwill. hist.*
misso ad Fœderatos Ordines Legato *d'Holland.*
adversus Ferdinandum Archiducem sup- *l. 2. cap. II.*
petias petebant. *Æqua videbatur Or-* *tom. I.*
Merc. Gal-
dinibus Reipublicæ petitio; intercesse- *lob. tom. II.*
rat enim cum illis mutua armorum fo- *l. 4.*
cietas per Henricum IV. Galliæ Regem
olim conciliata; quapropter summis
impensis, & maxima, qua potuit, ce-
leritate milites conscribuntur, ac vali-
da instruitur classis, quæ tamen acriori
vento jactata, nonnisi Mense Februario
portu solvit, atque ineunte Mense Apri-
li Venetias appulsa est. Igitur exscen-
sione facta Joannes Ernestus Nassoviæ
Princeps hujus classis Præfectus, post-
quam Hollandicos milites numero non-
gentos circiter, in foro Divi Marci,
spectante ipso Duce Veneto, recensue-
rat, mox ad castra profectus, sese cum
reliquo Reipublicæ exercitu conjunxit,
Gradiscae obsidionem promoturus. Ve-
rum auxiliares hæ copiæ paucos intra-
dies, eo quod Italico aeri, vivendique
modo

Sæc. XVII. modo sese minus attemperare possent,
A. C. 1617. crebris partim funeribus, partim fre-
quenti ad hostium castra transfugio
tantopere rarescebant, ut ad nil exi-
mum aut illustre gerendum utiles es-
sent, & reliqua exercitus parte aut di-
lapsa aut misere pereunte ipsem Prin-
ceps Nassovius febri correptus, atque
Utinum deportatus, ibidem decederet.
Ejus Corpus Veneti in Templo S. Sal-
vatoris reponi curarunt, Oratore Hi-
spano, ne id a Monachis reciperetur,
incassum hortante.

§. CLXXV.

*Mutuae cœdes ac vastationes inter Fer-
dinandi, & Venetorum copias.*

Merc. Gal- **H**æc tamen auxilii frustratio nullate-
lob. tom. II. nus ex alta gloriosæ ultiōnis spe
l. 4. & tom. Venetos dejecerat; cum enim Uscochos
x2. l. I. aliquot in oppido Sanservulo hærere
Ferrer. Hist. aliquot in oppido Sanservulo hærere
Hisp. tom. II. cognoscerent, missis exercitu eos par-
art. 2. partim trucidarunt, partim in ædibus suis
combusserunt, Austriacos quoque, qui
munitionem, Sancti Michaelis dictam,
occupare moliebantur, cæsis eorum
centum sexaginta, repulerunt. Vicis-
sim Uscochi circa vigesimam Aprilis diem
navibus aliquot Venetis expugnatis,
aliis quatuor direptis, & tribus sub-
mersis, quarta vero Triestam secum ab-
ducta